Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



290

venit hora ut clarificetur filius hoīs. Amen amen dico vobis: nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit ipsum solum manet. Si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat aiam suam perdet eam. Et qui odit animam suam in hoc mundo: in vitam eternam custodit eam. Si quis mihi ministrat me sequatur. Et ubi sum ego illic et minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit honorificabit eum pater meus. Nunc aia mea turbata est et quid dicam? Pater saluifica me ex hac hora. Sed propterea veni in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de celo. Et clarificauit et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat dicebat tonitruum factum esse: alii dicebant angelus ei locutus est. Respondit ihs et dixit. Non propter me vox hec venit sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eiicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad me ipsum. Hoc autem dicebat significans qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audiuimus ex lege quia xpus manet in eternum. Et quomodo tu dicis oportet exaltari filium hoīs? Quis est iste filius hoīs? Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum lumen in nobis est. Ambulate dum lucem habetis ut non tenebre vos comprehendant. Et qui am